

Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

194 Dictiones, quibusvis, & cujuscunque quid comprehendant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cum clericis dispensandi ab irregularitate ideo per dictam constitutionem Clemens VIII. dictis constitutionibus, & aliis privilegiis, & facultatibus quibuscunque dispensandi ab irregularitatibus auctoritate Apostolica concessis, fuit modo dero-

gatum.
191 Ultima enim † derogant prioribus, c. 1. & ibi gloss. in ver. revocare, de constitut. in 6. l. sed. & si post errores, ff. de leg. Ial. in dict. l. pacta novissima, num. 3. C. de pact. Por. conf. 37. num. 12. sed: & ante hanc constitutionem jam per concil. Tridentin. fuerat eam dicta facultas sublata, & Episcopis in irregularitatibus, & ex de-

listo occulto provenientibus concessa, ut cap. 6. de reform. siff. 24.
192 Secundò † derogatur etiam constitut. specialiter constitutioni matis magni, & Bullæ aureæ nuncupatis, & quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robورatis, & litteris Apostolicis, sub quorum verbo-

rum conceptione comprehenduntur omnia statuta, privilegia, & indulta quo-

rumcunque Ordinum, & religionum, ar-

chiconfraternitatum, congregationum, &

confraternitatum secularium, quæ in con-

cernentibus dictam facultatem dispensan-

di ab irregularitate, & absolvendi à casi-

bus sedi Apostolice, & Ordinariis loco-

rum reservatis sunt verbis expressis revo-

gatum.

193 cata, † ut in claris non sit opus conjecturis, Cephal. conf. 28 nu. 55. par. 1. et

jam quibusvis personis cuiuscunque sta-

tus, gradus, ordinis, conditionis, dignita-

tes, & præminentia existentibus, conce-

ssis, adeo, ut nec ratione ordinum, nec dig-

nitatis aut præminentia eorum, quibus pri-

vilegia fuere concessa, quin sub eadē revo-

catione comprehendant. possint sustineri.

194 † Quia illæ dictiones quibusvis, & ca-

juiscunque, sunt generales, que omnes per-

sonas, omnesq; Ordines, & religiones, ac

pia loca comprehendunt, gloss. in Clem.

2. ver. quomodolibet, de sent. excommunic.

Ruin. conf. 95 numer. 11. lib. 2. Cephal.

conf. 121. num. 1. par. 1. Paris. conf. 52. n.

10. volum. 1. & Hippol. de Marsil. 43

conf. 80. num. 38.

195 Ut autem † totus tenet eiusdem con-

stitutionis ad litteram perspici possit,

eam infra curavi imprimendam tenoris

infrascripti.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

V AECVM QVE à Sede Apostolica ad promovendam Christifidelium salutem aliquando concessa sunt, eti ea maturo consilio, magnaue prudentia, & cautione sancta, & decreta sunt; tamen, cum Romanus Pontifex de animarum salute solicitus progressu temporis animadvertisit sensim aliquos abusus in eisdem statutis, & decretis observandis provenire; debet pro sui Pastorali officiū munere illius opportuna ratione occurrere, & quantum cum Domino potest, adhibito salutari remedio, proridere. Cum itaque à pluribus Romanis Pontificibus predecessoribus nostris, & forsitan

etiam